



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Basileae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)



BASILEAE.

D. O. M. SACR.

FR. IOAN. CANONI Norimbergensi Thologo, Græcæ linguae callentiss. latinae scien-
tiss. singularijs per omnem vitam integra-
te prædicto, qui spe iuuandi meliores litteras, ob
immaturam mortem, non nihil frustratus estrosa-
eus Rhenanus, pietatis ergo præceptorbi B.M. de
suo fecit. Vixit ann. circiter L. Obiit anno Domini
D. D. D. XIII. Nono Kal. Martij. Vale, &c.
in rem tuam.

LVDOVICI PONTANI, cog. RO-
MANI I. V. D.

Auct. AEnea Sylvio:

Si mille aut totidem rapuisse vsg. virorum
Pestis, adhuc poteram parcere seu atibi.
Viuens quo nusquam fuerat præstantior alter,
Extinctum potius reddis iniqua lues.
Quem fletis leges, quem fletis iura, sacriq;
Nunc Canones: obiit, quem coluisse herui.
Hic vos ornarat, vestras, vbi cumq; fuerunt,
Soluerat ambages: nunc sine voce iacet.
Heu voces! heu verba viri diuina! memorq;
Ingenium! quo vis nunc tua multa loco est?
Heu ROMANE iaces, quo non Romaniorum
Ante fuit, quo nec forte futurus erit.

Tib

Te pater, & charus retur modo viuere frater,
 Heu quantos gemitus ille, vel ille dabit?
 Te Roma, atq; omnis plorabit Etruria, teq;
 Totapetet lacrymis Italaterra pijs.
 Tenuit Concilium, te nunc v'lularibus vnum
 Ipsa quoq; extinctum querit at Ecclesia.
 Heu yanas hominum mentes, heu pectora caca!
 Cuq; dies certum est fata dedisse suos.
 Et nos, cum superistatuent, veniemus ad illos:
N E M O P A R V M V I X I T, C V I B O N A
V I T A F V I T.
 Obiit ex pestil. 5. Id. Iul. tempore Concil.
 Basili.

SAXO SEPVLCRALI HAEC IN-
SCRIPTA SVNT.

Anno Domini M. CCCC. XXXIX. Reuo-
 rend. in CHRISTO Pater Dn. LVDOVICVS
 PONTANVS de ROMA I. V. D. egregius, S. fe-
 dis Apostolicæ Protonotarii, cuius anima R. I.
 P. Amen.

D. O. M.

Asida IOANNIS tegit hic lapis ossa F R O-
 B E N I:
 Orbe viret toto nescia fama mori.
 Moribus hanc niueis meruit studij sg, iuuandis.
 Qua nunc moestai acent orba parente suo.
 Renulit, ornauit veterum monumenta sophorum;
 Arte manu, curis, are, fauore, fide.

A A 2

Huic

*Huic vitam in celis date, numina sancta, perennum
Per nos in terris fama perennis erit.*

PARENTI CHARISS.

MOESTA LIBERORVM PIETAS,
AD DEFVNCTI MEM.
LVCTVSQ. SVI SOLATIVM
POSVIT.

AN. M. D. XXVII. MENS. OCTOB.

ALIVD.

IOANNIS PETRI Langendorfensis, vir irans
animi virtutibus & incomparabili ingenio prædi-
ti, cui formandorum librorum ars multas instru-
mentorum commoditates acceptas fert: ac BAR-
BARAE MELLINGERAE coniugis opt. suauis-
simæque: nec non FRANCISCI, FRIDOLINI &
IOAN. HENRICI liberorum in ipsis vicez rudi-
mentis sibi faustè, parentibus infeliciter extinc-
rum, hîc quiescunt cineres. Obiit ille III. Kalend.
Maia. M. D. XI. Hæc VII. Id. Nouemb. M. D. XII.

Io. FROBENIUS ὁ μότεχυς καὶ ὁ μοπάσης
Patrono B.M. Ponendum curauit M. D. XII.

AMERBACCHIORVM.

Quo nullus suo seculo fuit, cùm in excudendis
libris nitidior, quod sumptuosæ dexteritatis est:
tum in ijsdem ad veterum exemplar. fidem refi-
tuendis diligètior, quod eruditionem, & laborem
requirit;

IOANNES AMERBACHIVS hîc cubat cum
BARBARA ORTEMBERGIA singul. pudic.
femina, ac BRVNONE BASILIOQ. filijs, præ-
properè quidē hinc creptis, sed antè tamen er-
dige.

ditione sua trilingui per laboriosiss. Hieronymian. operum recognitionem, quibus nunc do-
cti vbiique gent. fruuntur, orbi toti commen-
data.

BONIFACIVS AMERBACHIVS.

Parentibus, & fratribus opt. sed & MARTHA E
WCHSIAE vxori sue Christianaru virtutum do-
cibus incomparabili, cum VRSVLA ac HESTER E
duabus filiolis, hic quiescenti: Item sibi ipsi, libe-
ris suis superstitionibus, FAUSTINAE, BASILIO,
ILIANAE, posterisque in humanæ fragilitatis
memoriam F.C.parentibus, fratribusq; iam olim,
vxore vero, in ipso ætatis flore cum filiolis haud
ita dudum, expectandi censorij, nouissimique diei
ergo collocatis. Anno M. D. XLII.

ALIVD.

Hic iacet ante diem fatus ereptus inquis,
Gentis Amerbachiæ gloria prima BRVNNO.
Non tulit vxori supereffe maritus amata,
Turtur ut erepta commoriens socia.
Hunc blanda lugent Charites, Musæq; trilingues,
Canaq; cum casta simplicitate fides.

ERASMVS ROTERODAMVS amico POS.

CHRISTO SERVATORI SACR.

Def. Erasmo Roterodamo, viro omnibus modis
maximo, cuius incomparabilem in omni discipli-
narum genere erit rationem, pari coniunctam pru-
denter posteri admirabuntur & predicabunt: Bo-
nifacius Amerbachius, Hieronymus Frobenius,
Nicolaus Episcopius hæredes, & nuncupati po-
temus suæ voluntatis vindices, patrono optimo,

Aa 3

nom

non memoriae, quam immortalem sibi editis lucubrationibus comparauit, ijs, tantisper dum orbis terrarum stabit, superfuturo, ac eruditis ubique gentium collocuturo; sed corporis mortalitatis reconditum sit, ergo, hoc saxum P. P. Mortuus est 4. Id. Iulij, iam septuagenarius. Anno à Christo nato M. D. XXXVI.

IN SAXO, QVO SEPVLCHRVM IN-
tegitur, est Termini facies, basi quadrata,
cum his verbis:

DES. ERASMVM ROTERODAMVM amic
sub hoc falso condebant, quarto Eid. Iulias, anno
1536.

IVLIVS CAESAR SCALIGER.

Tu ne etiam moreris? ab quid me linquis, ERASME,
Ante, meus quam sit reconciliatus amor?
Tunc etiam? cui tam parvus fuit orbis, ut alta
Expleres mentis fulmina toruata.
Ergo fidereis postquam est subducta quadriga,
Atque Dei lato lingua recepta sinu:
Ille ego, qui insana ridebam vulnera mortis,
Conditaq; AEtnæa tela trisulca manu;
Ad quoduis stupeo momentum, ac territus asto,
Maxima cum videam numina posse mori.

H V L D R I C H I I S E L I I
I. V. D.

Cultor Inſtitiae fui ſeuerus,
Et vera Pietatis indagator,
Vtramq; ad ſuperos Comes ſecatus,

Hoc natos moneo ac seros nepotes,
Discant Iustitia, ac Deo placere.

Obiit ann. C. M. D. LXIV.

ALIVD.

CONDITVS EST SVB HOC SAXO,
MICHAEL ISINGRINIUS, Vir pietate, virtute, atque doctrina eximius: inter principes typographos Basileenses non postremus. Qui ante diem cum summo omnium bonorum luctu in Domino obdormiuit, die III. Martij. ann. salut. no^r 1557.

Hic tu, qui transis, pacem, requiemq_z, precare:
Ac, vite numerans tempora, discere mori.

D. IOHAN. HVBERI ARCHIATRI
BAS. AN. AETAT. LXV. SAL. M. D.
LXXI. defuncti.

Heic vrbis AEsculapius,
Scholaq_z gloria Rauracæ,
Mediciq_z Idea conditur.
Nec Di^r pereunt, neq_z Ideæ
Nec tu putato mortuum,
Quem virtus, eruditio,
Perenne fama celebrat,
Quem Christus æternum beat.
Abe*i*, & bonis cum viuere,
Discito, cum pijs mori.

D. O. M. S.

EVCHARIO HOLZACH.
Patri pientiss. non tantum, ut supremum ac
Aa 4 debi-

debitum pietatis munus: Verùm etiam ut testimoniū exhiberent, eundem virum opt. totos, quos honestē & bene vixit, annos LXXII. iustis ingenii & fortunae opibus, numerosa prole, Medicina claram, ciuibus suis semper profuisse, obfuisse nullis. HIERONYMVS HOLZACH F. cum fratribus ac sororibus mœstiss. B. M. R. P. F. C. Spiritum Deo redd. An. 1558. Id. IXbr.

C. S.

MARIA LVMPARTIN. non felix, sed celsa matrona: AND. KELLERI, huiusc Reip. Trib. desiderium. Ann. sal. M. D. XC. sancte vit. XXV. Spe vita melioris exuit.

D. O. M. S.

HIERONIMO FROBENIO
Ioannis F. Typographo clariss.
inter initia fœd. Helvetiæ
Basileæ nato,

de Repub. liter. optimis autorib,
emendatè atq; eleganter edend.
præclarè merito:
humanitate ac beneficentia
domi forisque omnib.
charo;

in acerbiss. ac diuturnis
stomachi cruciatibus, quib.
& extinctus est,
supra fidem
ad extreum usque patientiss.
M. S. ergo:

AMBROSIUS & AVRELIVS FF.

parenti longè chariss.

M. P. P.

8, Annos L X I . Mens. VII. Dies VII.

anno Christi M. D. LXIII.

III. Eid. Martij.

CONDITORVM HOC HABET
distichon.

Gentem expectamus nostram, spes altera vita;
FROBENII quondam, nunc gelidi cineres.

ALIV.D.

GWILIELMO GRATAROLO Bergomensi,
Artium, ac Medicinæ Doctori, medicique filio, in
medicorum Basili. collegium cooptato, ob relig.
exuli, coniugi cariss. Barbara Nicotia F. C. obiit
et. suæ ann. 52. Christi 1568. D. 16. April.

TRIVM FILIARVM C. S. CVRIONIS

PIET. VIRTUTI, HONORI D.

ANGELAE, COELIAE, FELICI, puellis no-
biliss, quarum ingenium, candor, pietas, industria,
pudor, morum elegantia, & sanctitas grata Deo,
multis nota, probata bonis, parentibus iucunda
fuerunt:

Ceilius Secundus Curio pater, & Margarita Isa-
cia mater, trib' animulis præstantissimis dulciss. q;
vt, earum quod mortale fuit, in beatæ reparatio-
nis spem conderetur, hoc monumentum F.C.

Migrarunt ex hac colluione piè atque ala-
riter, in maxima huiusc e vrbis pestil. mense
Angust. ann. sal. M. D. L X I V . ætat. singularum an.

XVIII. XVII. XVI.

Aa 5

I B I.

IBIDEM.

ANGELAE CURIONIAE, nobili & genero-
sa pueræ, cuius diuino ingenio atque industria
hil difficile vñquam est virsum, quod ingenua
dicamque puellam deceret: quæ Italice, German-
icè, Gallice venustè loquebatur: Latinè non igna-
ra: omnis elegantia decorique studiosa: candore
animi, virginali verecundia, religione in Deum,
pietate erga parentes, caritate in fratres sorores
que, comitate in omnes insigni fuit: Cel. Secun-
dus Curio pater, & Margarita Isacia mater, Itali, in
beatæ reparationis spem filiæ dulciss. ac præhan-
tiss. PP.

Pestilentia ardore triduo consumpta, ad Christum IESVM mira alacritate migravit. etat. suo
anno XVIII. salut. hum. M. D. LXIV. IV. Non.
August.

DEO IMMOR. & V. S.

Hic situs est HORATIVS CURIO, CARL.
Sec. F. Philos. & Medic. laurea ann. ætat. sui XX.
Pisces donatus: cuius ingenium, prudentiam &
fadem admirati Reges, eius opera in maxi. nego-
cijs sunt vñ. nam Ferdinando, eiusque F. Maximil.
Augustis cognitus, ad intima consilia adhibitus
est: grauissimisque de rebus, pro Christ. Repub.
Byzantium missus, in ipso munere excessit è vita,
magno sui desiderio, non parentibus modò mæ-
stiss. propinquis & amicis, verumetiam ipsi Cela-
ri, alijsque quibus fuit notus, relicto. Anno
ætatis suæ ferè XXX. xv. Februar. Hum. sal. CIO.
IO. LXIV.

Maximil. Cef. iussu amici F. G.

BASILIENSIA.

372

Huius ad exemplum iuuenes florentibus annis
Venerem rite Deo discite, rite mori.

I AN V A V I T A E.

DEO SER. SO. SAP. S.

Cxl. Secundius Curio, AVGVSTINO filio dulciss. sanctiss. q; Polyhistori, ac facundo basil. scholæ Rhetori: cuius corpus heic cum III. sororib. lectiss. iacet: spiritus cum Christo, nomen immortalib. scriptis viuit in terris: socio & hærede studiorum orbatus, dum reuiuiscit, P. Vixit ann. XXIX. Obiit ann. Dom. CIO. IO. LXII, die XXIV. Octobris.

C H R I S T O S.

AVGVSTINO CVRIONI Bas. scho-

lae Rhetori,

Qui honestiss. pietatis & erud.
certamine suscepto,
In ipso ætatis flore morte
vinci,
Quam patrem vincere
maluit,
Veritatis & virtutis cul-
tori Max.
Saracenicōn scriptori,
Hieroglyphicōn auctori,
Americae illustratori,
Italiae interpreti,
Theod. Zwing. ob stud. mo-
rumque eleg.
Collegæ & amico pijs

QUR

cum lacr.

P.

M. L. LXVII.

AUGVSTINVS ERAS IN TERRIS EXO
OBERRANS,
NUNC AVGVSTVS ERIS COELO SVSC
PTVS AVITO.

CHRISTO S.

NICOLAO EPISCOPIO SEBVSIANO,
Viro opt. Typographo clariss. & IUSTINAE
FROBENIAE IO. F. matronæ honestissimæ, cum
per vii. lustra in Sacrosancto coniugio fortunatæ
vixissent, Pietate Deum, AEQUITATE homines sibi
conciliassent, mortal. vinculis exolutis, liberis
perstites parentibus desideratiss. M. C. L. P.

Obiit pater ex Atrophia, ætat. suæ LXIII.
Non. Martij.

Mater verò cum i. v. liberis ex pestilentia æta
suæ LII. v. Kal. Octobr. anno Christi M. D.
LXIII.

Viximus vñanimes, Christo nunc carne soluti.
Viuiimus; aeternū victuri viuite nati.

ΕΥΔΑΜΙΟΝΕΩΝ ΜΑΚΑΡΕΣΣΗ

TRINITATI SACR.

NICOLAO EPISCOPIO NICOLAI F. IV.
pographo Basil. vti nominis, ita & artis, industria,
fidei, erudit. paternaë hæredi: in medio ætatis curru
magno cum Reip. litterariæ incommodo, bono
zum omnium cum luctu, humanis exempto, mari-
zo incóparabili, ELISABETHA BAVARA VROR
infeliciss. animæ suæ dimidio extremum hocce
coning.

coniug. fidei, & obseruantiae munus contra votum
perfoluit. Migravit v. vitæ septenario, anno sal.
M.D.LXVI. IV. Kal. Ianuar. H. M. H. S.

ALIVD.

GAMOL Y AE O S.

ELISABETHAE HOLTZACHIAE,
Eucharij Med.clariss. F. vxori III. venustiss. pudi-
ciss. sanctiss. IO. OPORINVS feliciter infelix,
sur senectæ portui, decori, solatio, qd' sibi ab illa
fieri desid. opt. oportuerat, multis cum lacrimis
F.C.B. Ann. XXXI. ex ijs XI. cum IOAN. HER-
VAG. iuncta Typogr. finebile; cum OPORINO
mens es cheu! vixit iv. Obiit ann. salut. M.D.LXV.
vi. Kal. Aug. cum Christo æternum viætura.

Vicerat insanos fluctus vocalis Arion,

Et portu in medio naufragium patitur.

Quid super est misero? cælum mihi portus, & aura
Christus, quoq; vehar mors mihi Delphis erit.

AETERNITATI S A C R.

IOAN. OPORINVS, Basil. Typographus do-
ctus, operosus, elegans, libris innumeris, virtutum
hærede ex IV. cōiuge vnico relicto. pub. lacrymis
priuata pietate sexagenario maior heic conditur.

Frugifer Autumnus perijt Dis notus, & orbi.

Orthon, elapsus nautis, mediatur Arion.

ITEM.

Quantula sint hominum corpuscula, disce viator.

Magnus OPORINVS conditur hoc tumulo.

Huius viri tumulum quidam amicorum eius hi-
c verbis ornare meditatus est.

OP

OPEROVS OPORINVS
HEIC SITVS EST.
ERGO REQVIESCIT ARION!
DIXISSE PLVRA FAS NEFA ST.
An. sal. M. D. LXIX.
Prid. Eid. Iul. ætat. suæ L X.

ALIVD.

*Heus viator, tristis spiritus & mentem
consumit, & ossa.*

OSVALDV^S ego BERVS fui, non Cous ille
fenex, sed vrbis huius Hippocrates. Vixi læsus, læ-
sus obiui, & domino vigilans, domino tandem ob-
dormiui. Quid vltra? Mortalitatis exunio, post
vxc. ætat. ann. heic deposito cum Christo læsus
resurgam. An. C. S. CIO. IO. LXVII.

ALIVD.

*Siste gradum viator. Si bonus es morere
victurus, si malus es viue moriturus.*

HOCCE

CONRADVS ego LYCOSTHENES Ruben-
censis, Philosophiæ perennis compendium, æter-
ni lumen datoris benig. per XLII. valen-
tariæ ætatis, ann. M. VII. D. VII. sedulò ferro-
que commentatus: IIX. Kalend. Aprilis, non im-
prouiso apoplexiæ turbine ad certam immortalitatem.
Anno eiusdem repar. M. D. LXI. præter votum
metumque abreptus, fortis literariæ multam fal-
tem, si non magnam reliqui vñsuram posteris. Qui
potes meliora, debes, atque ut præstes in rem tuam
abi.

CHR^E

CHRISTO S.

IACOBVM RVDINVM Tribun. plebis Basil.
qui prater cætera, illud etiam numinis benignitas contigit, vt ex IV. vxoribus pater esset XII.
Aius XLV. Proauus XXVIIT. Lib. v. Nepp. XXIV.
Pronep. XXIII. Superstites P. C. L. P. S. L. Ann.
Salut. M. D. LXXIII. ætat. LXXII. Tribun. XVI.
Die Nouemb. XXIV. Q[uod] virum verè magnum
lapis quem S. V. F. C. non caperet, in aternè spem
resurrectionis sub hoc saxo cond.

Clarus erat, quia magnus: erit quoq[ue] clarior olim.
Æmula si magnis sit pia posteritas.

ALIVD.

VICTRIX IN AMORE QVIESCO.

C. S.

ELIZABETHA BEIERA

fui.

Quæcunque habebam, mecum absolu'':

Fidem, Pudorem, Pietatem:

Quod non habebam, adepta sum in
beatorum sedibus.

SANVELI GRYNAEO I.C. mar. amantiss.
libbb. item dulciss. luctum reliqui
& lacrumas.

Obiit ann. ætat. XLV. sal. M. D. LXXVI. VI. IXbr.
CONGRATVLANTES CONDOLENTO.

HYGIAE AET.

ADAMVS à BODENSTEIN, Theophrasti Pa-
nacelsi, vt primus, sic fidus scitusque, & opere
& ore, interpres, palmam victoriae suæ Regi tri-
umphanti oblaturus, mortalitatis exuñas nec
metuens,

metuens, nec optans, solo hoc, cœloq; libero ho-
mo liber, fide depositus bona. Quas spe bona iterū
repetet. ann. sal. CIC. IO. LXXVII. ætatis hebdo-
madi septimā.

*Nec omnia, nec omnes mibi
Placuere; quinam ego omnibus?
Non omnibus Cou senex,
Non Eremita Spagirus;
Num tu viator omnibus?
Deo placere cura, abe.*

AETERNITATI S.

DN. DEMOLINO ROCHEFORTIO Blfas;
Gallo, qui urbis huius liter. secessum aulico splen-
dori labens anteposuit, virtęque satur æt. an. LXVII.
x. Mart. spiritum virtute ac eruditione mobilem
misericordi patri, reliquias corpusculi magnę ma-
tri REDD. THEODORVS ZVINGERVS EXTR.
HOCCE, non mutuum, amoris mutui munus. B.M.
P. CIC. IO. XXCII.

D. O. M. S.

Et maiorum splendore, & virtute propria nobis
liss. Iuueni

VITO CHRISTOPHORO VVELZERO,
Frauenstenij, & Nusbergæ Domino, Illustris & in-
cliti viri Dñi Christophori VVelzeri, Sereniss.
Carolo Austriæ Exarcho, à Consilijs, & Carinchia
Præfecti Filio; qui præter ætatem omni politiori
doctrina, variarum linguarum peritia, & singulare
prudentia instructus, Italia, Gallijs, Brirania, Ger-
maniaque feliciter perlustratis, dum ad suos com-
modius redeundi expectaret tempus, Basileæ Rati-
facionum

ibero ho-
ona item
is hebb-
sorū angina, ardentiq; febri correptus, in cę-
lestem patriam pię emigravit, summo suorum, pa-
triz, & vniuersae familię luctu; inuerso fatorum
ordine, cariss. filio mater moestissima F. F. Obiit
anno Domini M.D.XX C. VII. IX. Id. Nouemb.
Vixit ann. xix. M. v. D. vii.

S I S T E V I A T O R,
&

GEORGIO à COLLEN, patri octogenario, prō
pietate tua condoleto. Sic oris & moris probi heic
conditur Eugenius, è nobili Coloniorm gentē a-
pud Megalopyrgenses oriundus, spes patrī, colu-
men familię, iuuentutis exemplar, dum Rheno per
ēlum recreatur, vortice abreptus, in ipso ætatis
fore, in medio studiorum cursu, pro Italia, quam
tugitabat, cœlum adit. CIC. IO. XXXVII, XVI.
August.

T R I N V N O S.

THEODORVS ZWINGERVS Basiliensis, cūm
in Philosophia tenebras; ex arte medica humana; s
miserias deprehendisset; summi boni cognoscendi
potiundique desiderio accensus, Christiano Phi-
losopho dignam mortis commendationem insti-
tuuit, viuensque mortuus est, ut mortuus viueret;
Annos 54. mens. 7. d. 8. O. Ann. Christ. CIC. IO:
XIIIC. 6. Idus Martij.

*Alma fides abiit, spes indubitata recepit.
Perfruor, intueor. solus Amor remanet.*

ALIVD.

FRANCISCI HOTOMANNI I. C. mortales
exumias, tantisper asseruadas, dum Christo iubente
Bb immor-

immortales exsurgent, amici sub hoc faxe dep-
suere. Loco, honoris ergo, ab eisdem curatoribus li-
beraliter concessio. Vixit ann. 63. m. 5. d. 20. Obi-
pid. Eid. Febr. ann. CIO. ID. XC.

*Gallia progenuit, seruat Basilea sepultum,
Interitus expers nomen ubiq. viget.*

*Hunc pietas tumulum, tumulus hunc Astrae tenuit,
Astrae cultorem suum,*

*Cultoremq; suum pietas, post fata tueatur
Aduersa fata huic seculo.*

*Et si desertas gemebunda voce queruntur
Cultore priuatas suo:*

*Quin redditum ad superos infecta voce minantur,
Nisi talis exemplum viri.*

*Huius tu inspector tumuli, Pietate sequari,
Nisi nos sequamur posteri.*

*Hoc ipse è tumulo clamat post fata superstes,
Hoc ipse mandat posthumis.*

IN AVLA ACADEMIAE PHILO-
PHICA SCELETORVM
Epigraphe.

Vtrumque sane donarium, hoc eius, hospitiis
illud sui, Basilienses Academicis grato animo illu-
stri hocce loco inaugurat. A fronte potius, quam
vt in triumphis olim, à tergo spectandum contem-
plandumq; proposuere: non tanquam Phidiz, &
Praxitelis equos, sed vt, qui pijs sunt, bonijs mor-
litatis sua argumento ad immortalitatem propt-
rare, Naturæ verò operum studiosi, sexus & ritu
discrimen citra neg. in humanis ossibus obseruare
discant, & exercere.

[M]

IBIDEM.

ANDREAS VESALIVS Bruxellen. Caroli V.
august. Archiatrus, laudatiss. Anatomicarum ad-
ministr. comm. in hac vrbe regia publicaturus: vi-
sile, quod cernis, Sceleton artis & industriae suæ
specimen, anno Christiano M. D. XLVI. exhibuit,
exquitque. Sexto post Iustro, FELIX PLATERVS
Archiatrus, & Medicæ scholæ Antecessor, conatu
ne maiore, an meliore successu Præceptoris ho-
spitale munus maritarit, fœcundarit, & exornarit,
quisquis eris spectator gratus, & eruditus, iu-
dicato.

IPSA DE SE SCELETA ITA
LOQUITVR.

Nostro perempti scelere,
Aliena viuimus manu:
Pueri auctiones ossibus,
Agilisq; sceleto simi.e.

IN COLLEGIO INFERIORI E RE-
GIONE TABVLAE, VBI ALVMNI
Erasmicibantur, ab ipso autore scri-
pta leguntur hæc verba.

In doribus emuntur literæ; sed pariunt immorta-
lizæ. Vigilijs parantur; sed semel partæ non amit-
tuntur. Rarius contingunt; sed, vbi contige-
rint, indubitate simul, & perennis
est possessio.

OPORINV S FORIBVS SVIS INSCRI-
PSIT.

Quisquis es, rogit te
OPORINV

Bb 2

etiam

COLMARIAE.

etiam atque etiam,

vt

Si quid est, quod à se velis

perpancis agas;

deinde

aetatum abeas;

nisi,

tanquam Hercules,

defesso Atlante veneris

suppositurus humeros.

Semper enim erit, quod est,

tu agas, & quotquot huc

attulerint pedes.

COLMARIAE.

IN CVRIA.

Oceanus quamvis fluctus pater excitet omnium:
Danubiumq; omnem barbare Turca bilis:
Non tamen irrumperet per fracto limine: Caesar
Dum Carolus populis bellica signa dabit:
Sic sacrae quercus firmis radicibus astant:
Sicca licet venti concutiant folia:

AD D. AVGUSTINL.

Nugamur, mortemq; procul, procul esse putamus.
At medijs latet hac abdita visceribus.
Scilicet ex illa qua primum nascimur hora,
Prorrepunt iuncto vitaq; morsq; pede.
Partem aliquam furtim, qua se metitur & ipsa;
Surripit è vita qualibet hora tua.